S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ
Nullibi Impreſſæ,

MATERIAS IN TRACTATU

JOANNIS TORRE
NOBILIS LUCENSIS,

DE

PACTIS FUTURÆ SUCCESSIONIS
DISPUTATAS,

Concernentes.

Enumeratis Alphabetico Ordine Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis AUDITORIBUS eas proponentibus, juxta temporum ſeries; Et accedente totius Operis Indice locupletiſſimo quaſcumque accommodè complectente.

GENEVÆ,

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DC. XCVIII.

SALAMANCA

JOANNIS

TORRE,

NOBILIS LUCENSIS,

PRIMUM IN PATRIA SENATORIS, POSTEA VERO
Supremi Concilii Sereniſsimi Parmæ & Placentiæ Ducis Conſiliarii;
Et demum ejuſdem Supremi Conſilii Præſidis,

MANTISSA

AD TRACTATUM

DE PACTIS

FUTURÆ SUCCESSIONIS:

Cum S. Rotæ Romanæ, aliorúmque Tribunalium

DECISIONIBUS,

Nec non Typus & Initium

LIBRI QUARTI DE PACTIS FUTURÆ SUCCESSIONIS.

Cum INDICIBUS *neceſſariis.*

GENEVÆ,
Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DC. XCIX.

AD LECTOREM
DOMINICUS AB ECCLESIA.

POST iteratam Editionem Venetam ex Officina Nicolai Pezzanæ, annorum nempe, alteram 1673. & alteram 1694. nunc tertiò ad tuas manus recurrit abſolutiſſimus Tractatus *De Pactis Futuræ Succeſſionis* Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Joannis Torre, Præſidis Excelſi Ducalis Conſilii Juſtitiæ, & Gratiæ Placentiæ pro Sereniſſimo D. D. FRANCISCO FARNESIO, Parmæ & Placentiæ Duce VII.; hujus Nominis Primo. Prodit, inquam, in lucem Tractatus iſte, ſed ita locupletatus, ut meritò de eo uſurpari poſſe videatur illud ipſum, quod de Sole in Carmine ſæculari cecinit *Horatius*,

Naſcitur terris, aliuſque, & idem.

Nam ſi materiam ſpectes, unus eſt, ut idem qui antea; ſin verò auctarium, quod recipit à *Mantiſſa*, nunc demùm noviſſimè adjecta, alium dixeris; ſeu verius agro ſimilem, qui plurimùm alluvione creverit. Quod attinet ad meum inſtitutum, percurras, quæſo, *Amantiſſime Lector*, ſeu Sacræ Romanæ Rotæ, aliorumque ſupremorum Tribunalium Deciſiones, ad calcem Operis recenter inſertas; ſeu Præſtantiſſimorum Jure Conſultorum, invicem confligantium, Reſponſa, huc ſimiliter ſuperaddita, & mentior, ni ſtatim pro tua ingenuitate fateri cogaris, quidquid robuſtorum argumentorum, quidquid doctrinæ ſolidæ in materia Pactorum, futuram ſucceſſionem percutientium, ab illis affertur, hoc totum à noſtri Eruditiſſimi Authoris Tractatu, velut ab inſtructiſſima penu, fuiſſe depromptum, depromique in dies; adeò ut conſtet ab eventu, unamquamque Partium tunc verè potuiſſe gloriari de profligatis hoſtibus, & de triumpho per eam reportato, cum copias eduxit, & aciem inſtruxit, juxta præcautiones & regulas ab hoc uno ſummo, eodemque peritiſſimo Duce; ut jam nihil ſit, cur admiremur, ſi quilibet decertantium ab eo ſuppetias, & auxiliares vires poſcit, illumque in ſua Caſtra pertrahere, omni conatu ſtudet, nihil ambigens de campali victoria; modo illum habeat à ſe ſtantem. Et ſanè, ſi verum amamus, quænam tam ſubtilis, perplexa & abſtruſa quæſtio in ſubjecta materia occurrere valet, quam non reperias ab illo perſpicaciſſimè prævisam, exactiſſimè diſcuſſam, & ſapientiſſimè reſolutam? qua quidem in re non facile dijudices, quid magis in eo ſuſpicias, ſolertiamne diſputantis, an verò modeſtiam decidentis, quippe qui ex una parte nihil intactum relinquit, quod ad elucidationem conferat controverſiæ, quam ſibi examinandam proponit; ex alia verò ea ſuavitate rem pertractat, ut

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
ALIORUMQUE TRIBUNALIUM
DECISIONES
NOVISSIMÆ,
AD
MANTISSAM TRACTATUS
DE
PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS,
PRÆSIDIS
JOANNIS TORRE
NOBILIS LVCENSIS,
Pertinentes.

GENEVÆ,
Apud FRATRES DE TOVRNES.

M. DC. XCIX.